

Nam caro si turpi sic nostra graduatur lacho,
Non cœlestis agri semina ferre potest.
Ergo ut quisq; suis placidum agris postulat imbrem,
Ut colat, & fructus auferat inde suos.
Sic quoq; corporibus bene conuenientia nostris,
Non inuita tamen pocula danda forent.
Ne fierent turpes sic corpora nostra lacunæ,
Ex nimia allati sorbitione meri.
E quibus, infesti ceu uermes, crimina surgant,
Et mage peccatum, quàm pietatis opus.
Sunt etenim similes limosæ hac lege paludi,
Sæpe student plenos qui euacuare cados.
In qua serpentes auidi nascuntur, & angues,
Ranæ, & uiperei plurima monstra gregis,
Quæ magis excrutiant, humanaq; pectora terrent,
Ut quàm fortè cibi sint retinenda loco,
Nam quæcunq; illic arbusta, herbaq; uirescunt,
Nil certè eximie commoditatis habent.
Quæ collecta simul rapidum mittuntur in ignem,
Atq; in limosa depopulantur humo.
Sic quod ab ebrietate uenit, quod nascitur isto
Ex uitio, uolucris non minus igne cadet.
Tales Centauri sunt hic, & ubiq; bibaces,
Qui nihil in sano corpore mentis habent,
Qui dānant proprios, perdūtq; hoc crimine sensus,
Quos etiam uiuos mœsta sepulchra tenent,
Sæpe fit, ob nimium ne quenquam noscat lachum,
Nesciat & uultus Bacclica turba suos.

Consuetu
do potio-
rum.

Sæpe